N:o 75

Σὺν Θεῷ.

Vir Illustris. S. P.

Diu est cum scripturio ad te Nobiliss. D. sustinui —
vel potius sustinuit me scriptum illud Antagonistae
nostri haud infelici viri Illustris nuper prophetia pro=
missum; quod an materiam indagandae, stabiliendae potius
inquam, veritatis uberiorem suppeditarit, ne fas puto rem
eiusdem scripti lectorem ambigere posse. Quantum vero de eo
quo ad nos saltem (fautore Deo) proxime curam. Verum
quid de eo apud inclytam acad. illam sit iudicii ac sensus
ut ex aliquid pernoscatur te, ubi communicatione Eximii
D. Voetii non ita pridem hoc accepissem, atque eius
exemplar Clariss. viro D. Andreae Riveto mitterem: [illegible]
percussem, si non ad Illustrem virum una, quem reperi
in me magis promptum, magis pronum. Vix ambigo,
ego tamen, quin gratiam eam apud virum Illustrem me
inituram sperem, quatenus per eum, negotium illud meum
promovendum iri, aut promotum confidam. Cuius si duntaxat
testimonii Nob. viri momentum in favoris partem inclinet;
meum hoc ipse studia mea debebimus aeternum. Ut ipsa
per hoc ipsum subsidium verum veluti incrementum digerere
et attollere digneris, ita te Deus hic feliciter ad illa
alta et aeterna. Vale Celsissime Domine, Patriae, ac studiis
nostris Vir Illustris ac Nobilissime Domine.

Illustris vrae Dnationis

[D]abam festinus
[A]thenis Batavorum
10. Ap. 1642

Officio pariter et obsequio
Addictiss. Cliens
[illegible]en waterlaet.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 42aa, nr. 75
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2982

Illustri viro
D. Constantino Hugenio
Equiti, Domino de Zuylichemio,
Celsissimo Arausionum Principi
à consilijs et secretis

[…]iâ manu.

Hagam

© Koninklijke Bibliotheek
KA 42aa, nr. 75
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2982